Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Nec esse praesente cum alii principes sacerdotum haberent
de dño questionem aut in domo eius fuisse praetorium;
Tamen ad ipsum ab inicio ducebatur atque in extremo
perductus ē. sed quia iam tamquam conuictum reum
adducebant, Caifae autem antea uisum fuerat: ut ihs
moreretur, Nulla mora interposita ē. quin occidendus
pilato traderetur; Quae igitur per pilatum cum dño gesta
sunt: Ita mattheus matthei euangelium conscribentis pro
zaccharia: hieremias occurrit ut fieri solet. Quod tamen
sine ullam dubitationem emundaret; Saltim ab aliis admoni
tus qui ipso adhuc in carne uiuente: hoc legere potuerunt: nisi
cogitaret recordationis suae quae spū scō regebatur;
Non frustra occurrisse aliud pro alio nomen prophetae: nisi
quia ita dñs hoc scribi constituit, Cur autem ita constitue
rit dñs. prima illa causa utilissima debet facillime cogitare,
Et iam sic esse insinuatum ita omnes scōs prophetas: uno spū lo
quutus mirabili inter se consensione constare; Ut hoc mul
to amplius sit: quasi omnium omnia prophetarum: uno
unius hominis ore dicerentur; Et ideo indubitanter
accipi debere quaecumq; per eos scs sps dixit et singula
esse omnium et omnia singulorum, Cum igitur et quae
dicta sunt per hieremiam: tam sint zacchariae quam
hieremiae. Et quae dicta sunt per zacchariam: tam
sint hieremiae quam zacchariae; Quid opus erat
ut emendaret matths: cum aliud pro alios ibi nomen occur
rens: a se scribtum relegisset. Ac non potius sequens aucto
ritatem sps sci. A quo mentem suam regi plus nobis illeutiq;
sentiebat: Ita hoc scribtum relinqueret sicut eum admo
nendo constituerat ei dñs; Ad informandos nos tantam
uerborum ~~uerborum~~ suorum inter prophetas. ēē. concor
diam: ut non absurde immo congruentissime. Et iam
hieremiae deputaremus: quod per zacchariam